

Per. Jul.	Mundi	Ante C. r.
4207 * 6 BA	3475	509
4205 6 BA	3476	508
4207 7 F	3477	507
4208 8 E	3478	506
4209 9 C	3479	505
4210 10 B	3480	504

### DE DOCTRINA TEMPORUM.

Pisistratidarum tyrannis hoc anno penitus est sublata Alcmaeonidarum opera, & auxilio Lacedaemoniorum. Herodotus lib. 5. Thucyd. lib. 6. Accidit id anno xx. ante pugnam ad Marathonem. Thucyd.

Eodem anno Athenienses Harmodio, & Aristogitoni statuas publice posuerunt. Plin. lib. 34. cap. 4.

Pulsus Athenis Hippasus, Amynta rege Macedonum, & aliis ad se illum invitantibus, ad Darium confugit. Herod. v.

ANNO ab U. C. exeunte cxxiv. Tarquinius ob stuprum a filio Lucretiae oblatum Roma pellitur vi. Kalend. Martii, unaque regia potestas exstinguitur. Consules vero pro regibus deinceps instituti.

Coss. L. Junius Brutus.  
L. Tarquinius Collatinus.

Collatinus a Demarato oriundus erat, Aruntis nepos, Demarati pronepos. Bruti pater M. Junius fuit: qui ex Tarquinia Prisci filia M. & L. Junius susceperat. Pater & filius M. a Superbo necati. Lucius simulatione amentiae servatus erat. Halic. lib. 4.

Collatio abdicare se coactus successus est P. Valerius. Postea cum in acie contra Tarquiniun Brutus Consul cecidisset, ei successus est M. Horatius. Ergo.

P. Valerius Volusi F. Volusius.  
Coss. M. Horatius Pulvillus.

Primum foedus inter Carthaginienses & Romanos initum. Polyb. lib. 3. Romani tum vix usque ad xviii. lapidem agrum possidebant. Sex. Rufus. Euseb.

Aeginae mari dominati sunt annis x. Euseb.

Pythagoras Sylofontis factum tyrannicum pertusum in Italiam venit. Solum cap. 17.

P. Valerius Poplicola 11.  
Coss. T. Lucretius Tricipitinus.

Archon Iagoras. Halic. 1.

P. Valerius Kalend. Martii triumphavit de Tarquinio & Etruscis ab illo concitatis. Dionysius lib. 5. Livius lib. 2.

Census Romae institutus est, & inventa puberum cxxx. M. Dion. lib. 5.

Darius in Scythas molitur expeditionem. ponte Bosphorum iungit. Inde alium in Danubio pontem facit: cui cum Ionum tyrannos praefecisset, ipse trajecit in Scythiam. Post paullo magna exercitus parte deleta, agre servatus in Asiam rediit, Megabazo cum 80000. in Europa relicto, qui illum subigeret. Herod. lib. 4.

Eodem tempore Aryandes Praefectus Aegypti Pherotima Arcefilai matris rogatu in Cyrenensem duxit exercitum.

Sybaritarum cccm. a cm. Crotoniatarum Milone duce in praelio caesa. Sybaris deinde solo aequata. Diod. Sic. lib. 12.

P. Valerius Poplicola 111.  
Coss. M. Horatius 11.

Porfena cum Romanis acerrime bellum gerit. Enituit eo bello M. Horatii Coclitis, Matii Scaevola, & Clodiae puellae virtus. Dion. Halic. Templum Jovis Capitolini ab Horatio dedicatum. Id. & Livius.

Perfa cum Pheretima Barcen 1x. mensibus obsessam capiunt, ac diripiunt. Herod. lib. 4.

Megabazus Thraciam & Macedoniam armis sibi subicit. Alexander Amyntae Macedoniae regis F. Persarum legatos in convivio petulantius lascivientes interficit. Herod. lib. 5.

Darius in Persidem rediens Histiaeum Mileti tyrannum secum deducit. Is Aristagoram generum, & confobrinum suum Mileto praeficit. Id.

Sr. Lartius Flavius.  
T. Herminius Exquilinus.

Hos Coss. Livius omittit.

Naxii seditione laborantes multos a civibus pellunt. qui ad Aristagoram & Artaphernem Hystaspis F. Darii fratrem Ionia praefectum confugiunt. Hic Megabari & Aristagorae reducidos illos committit. Sed amorum inter se similitate res exitum non habuit. Herod. lib. 5.

M. Valerius Publui frater.  
P. Postumius Tubertus.

Triumpharunt de Sabinis. Valerio huic ob crebras victorias aedes in palatio publicis sumptibus extructa. Halic.

Histiaeus invitatus apud Darium detentus Aristagoram clam ut a Rege decedat hortatur. Aristagoras Mileus oblatam libertate tyrannos ubique dominatu abdicat. Lacedaemone deinde ad opem implorandam profectus, a Cleomene rejicitur. Herod. v.

P. Valerius Poplicola 1v.  
T. Lucretius 11.

Archon Acestorides. Halic. v.

Poplicola de Sabinis, & Veientibus triumphat. Appius Romam migrat, a quo Tribus Claudia. Dionysius. Livius. Ex Regillo Sabinorum cum magna cognatorum, & clientium manu migravit. Suetonius Tiberio sexto fere anno post reges exacto in patricios cooptatum refert. Aristagoras frustra sollicitatis Lacedaemoniis Athenas venit. Viginti naves ab iis impetrat. Reversus in Asiam palam ad defectionem incitat. Sardes captae, & incensa. Herod. lib. 5.

Heraclitus Ephesus insignis habetur. qui Darium ad sese vocantem aspernatus est. Diog.

Olymp.	Urbis cond.	Ara Nab.
1v	245	240 Dec. 28
Olymp. 68	246	241
11	247	242
111	248	243
1v	249	244 Dec. 27
Olymp. 69	250	245

### LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul.	Mundi	Ante Car.
4211 11 A	3481	503
4212 12 G	3482	502
4213 13 H	3483	501
4214 14 I	3484	500
4215 15 D	3485	499
4216 16 B	3486	498
4217 17 C	3487	497
4218 18 D	3488	496

Agrippa Menenius Lanatus.  
P. Postumius Tubertus.

Postumius de Sabinis ovans urbem ingreditur, myrto coronatus. Hinc ovandi nata consuetudo. Dion. Plin. lib. 15. cap. 29.

Sp. Cassius Viscellinus.  
Opiter Virginius Tricostrus.

De Sabinis triumphavit Cassius, bellumque confecit anno quarto. Dion.

Anno Darii xx. Luna defectio parva contigit Epiphi xxvi 111. anno Nab. cxxli. horis a meridie 10. 45'. Ptolem. lib. 4. pag. 102. Tempus congruit Novembris xix. sequente xx.

Perfa Ionas bello persecuti fugant, funduntque. Athenienses illos deserunt. Nihilominus bellum supra vires aggressi, Byzantium, aliasque urbes sibi subjiciunt. Cyprii ad illos deficiunt, praeter Amathusios. Darius audito Sardium incendio contra Athenienses exardescit, & quotidie se ante cenam de bello Atheniensibus inferendo jubet admoneri. Herod. v.

T. Lartius Flavius.  
Postumus Cominius Aruncus.

Latini auctore Mamilio Tarquinii genero contra Romanos bellum cient. Dion. Liv.

MANIUS Tullius Longus.  
Ser. Sulpicius Camerinus.  
Archon Myrus. Halic. v.

Democritus Abderites hoc tempore floret secundum Eusebium. Anaxagoras Philosophus nascitur. Diog.

Eusebius variis ex auctoribus Chronicon suum contexit. quorum diversa plerumque cum sententia sint, hanc ipsam varietatem qua prudens, qua incautus in Opus suum intulit. Quinetiam floruisse plerumque dicit aliquos anno illo, quo revera nati sunt. Ex eo genere est quod ad Olympiadem lxx. de Democrito notavit: nempe Democritum Abderitam, & Anaxagoram eo tempore floruisse. Longe ab eo dissentit Diogenes Laertius: apud quem tamen non una veterum exilat opinio. Quidam enim Anaxagora juniorem Democritum faciunt annis xl. Porro Anaxagoras anno, quo Xerxes trajecit in Graeciam, agebat annum xx. ut nonnulli prodiderunt. Unde natum oporteat anno Periodi Julianae 4224. Democritum vero anno 4264. quod est falsissimum. Quippe Democritus ipse testatus est selibrum, qui *Δεμόκριτος* *μηνός* inscribatur, elucubrante anno post excidium Troje bccxxx. Is est 4259. vel 4260.

Apollodorus natum putavit Olympiade lxxx. qui est annus Periodi Julianae 4254. quod similiter falsum. Omnium probabilis est maxime Thra-sylli sententia, qui natum posuit anno tertio Olympiadis lxxxvii. ita ut anno uno major fuerit Socrate. Hic est Periodi Julianae annus 4244.

Non minor de ejusdem obitu pugna Scriptorum. Nam Diodorus obiisse scribit anno 1. Olympiadis xciv. qui est Periodi Julianae 4310. vixisse xc. annos. Ita natus sit anno 4220. circiter. Alii vixisse ferunt annos cix. Si hoc posterius cum Diogene sequimur, ut anno Periodi Julianae 4244. in lucem exierit, mortuus est anno 4253. qua in sententia nos acquiescimus. Itaque delenda sunt haec ex Chronico nostro ad annum 4214. Democritus Abderita floret. Item ex anno 4256. quae de ejus obitu notantur. Hac enim ad annum 4253. retrahenda sunt.

T. Aebutius Elva.  
P. Veturius Geminus.

Fidene obsessa. Crustumera capta. Praeneste a Latinis ad Romanos deficit. Dion. v.

Aristagoras contra Perfas dimicans in acie cecidit.

Histiaeus a Dario missus in Ioniam pervenit. quem Milesii recipere detrectant. Herod. v.

T. Lartius Flavius 11.  
Q. Clodius Siculo.

Hoc anno primum Dictator creatus est a collega Lartius: cum plebs aere alieno oppressa nomen adversus Latinos dare detrectaret. Dion. v.

Iones, ac praecipue Chii navali praelio victi: & Ionia rursus a Perfis subacta. Miletus capta everisque funditus sexto quam rebellarat Aristagoras anno. Herod. lib. 5. pag. 214.

A. Sempronius Atratinus.  
M. Minucius Augurinus.

Aedes Saturni dedicata, & Saturnalia dies festus institutus. Dion. v. liv. 2.

Pythagoras obiit, cum Crotonae xii. annos exegisset. Euseb. Hunc pro Deo Metapontini coluerunt. Justinus lib. 20. Mortuus est autem annum agens, ut plerique volunt. xc. Diogenes.

A. Postumius Albus.  
T. Virginius Tricostrus.

Archon Hipparchus. Halic. vi.

Latini post annus inducias turbant, incitante Mamilio. Ideo Dictator creatus est Postumius. Res prosperae gesta ad Regillum lacum: Triumphavit Postumius. Latinis societas reddita. Liv. 2.

Mardonius Darii gener contra Gracos a Dario missus tyrannos ex Ionia civitatibus sustulit, & popularia imperia constituit. Thraciam, Macedoniamque,

Olymp.	Urbis cond.	Ara Nab.
11	251	246
111	252	247
1v	253	248 Dec. 26
Olymp. 70	254	249
11	255	250
111	256	251
1v	257	252 Dec. 25
Olymp. 71	258	253

DE DOCTRINA TEMPORUM;

Per. Jul. * O	Mundi.	Ante Chr.
4219 19 1 E	3489	495
4220 20 2 D	3490	494
4221 21 3 CB	3491	493
4222 22 4 A	3492	492
4223 23 5 G	3493	491
4224 24 6 F	3494	490
4225 25 7 ED	3495	489
4226 26 8 C	3496	488
4227 27 9 B	3497	487
4228 28 10 A	3498	486
4229 29 11 GF	3499	485
4230 30 12 E	3500	484

cedoniámque, ac finitimas regiones latè Persarum imperio subiecit. ad Athon tempestate jactatus xx. m. hominum amisit. Herod. lib. 6.  
Æschylus floret.  
Ap. Claudius Sabinus. Archon Philippus. Schol. Soph.  
P. Servilius Priscus.  
Volsci à Servilio repressi: quibus indictum ideò bellum, quod superiore bello Latinis quæ mitterent auxilia paraverant. Sed triumphus intercedente collega Servilio negatus. Cum licitoribus ergo coronatis coronatus & ipse triumphali cum veste Urbem intravit. Dionys. vi. Livius 2.  
Darius per legatos aquam ignemque petiit. Æginetæ se illi dedunt. Orta Lacedamone inter reges contentione Demaratus regno à Cleomene collega pellitur, & ad Perlas transfugit. Herod. vi.  
Hellanicus historicus nascitur, qui initio belli Peloponnesiaci natus erat annos lxx. Gellius lib. 15. cap. 22.  
Sophocles nascitur. Schol. Soph.  
A. Virginius Montanus.  
T. Venturii Geminus.  
Dictator aduersus Æquos, Volscos & Sabinos tumultuantes creatus est M. Valerius Volesi F. Dion. vi. Liv. 2.  
Sp. Cassius Viscellinus II.  
Postumius Cominius.  
Archon Themistocles. Sigon.  
Plebs senebri malo afflictà secessit in montem sacrum trans Anienem eademque Menenii Agrippæ oratione placata. Tribuni pl. tum primum creati a. d. iv. Eid. Dec. primum duo; deinde tres additi. Dionys. Livius 2. Alconius in Cornelianam.  
Athenienses Themistocles suasu Piræum exstruit.  
T. Geganus Macerinus.  
P. Minucius Augurinus.  
Archon Diognetus. Halic. vi.  
A. Sempronius Atratinus  
M. Minucius Augurinus.  
Archon Hyphilides. Dion. vii.  
[Nabuchodonosor Tyrum obsidere cæpit annis 13. Josephus 1. cont. Apionem. Vide Lib. ix. cap. lxxix.]  
C. Marcius Coriolanus exilio mulcatur. Dion. Liv. 2.  
Gelo Syracusis occupat tyrannidem. Pausan. Eliac. 11. pag. 186. Annos xvii. regnavit. Euseb. in Excerptis Scaliger. Persæ Eretriam in Eubœa succedunt. Herod. vi.  
Eclipsis Lunæ anno Nabon. 257. Tybi 3. sequente 4. Aprilis 25. hora 10. 40'. à meridie; fuitque perexigua. Prolem. lib. 4.  
Q. Sulpicius Camerinus II.  
Sp. Lartius Flavius II.  
Archon Phanippus. Plut. Aristide.  
Marathonia pugna hoc anno contigit. Vide lib. x. cap. xxxii. Boëdromionos vi. die, ut ait Plutar. in Cam. hoc est xxix. Septembris feria 1. Athenienses soli cum Platænsibus pugnant duce Miltiade. Cæsa sunt barbarorum 6400. Atheniensium 172. Herod. vi.  
Darius accepta clade novam in Græcos expeditionem triennio toto comparat. Herod. lib. vii.  
C. Julius Iulus.  
P. Pinarius Rufus.  
Volsci astuto Tullii Acii & Coriolani consilio bellum contra Romanos suscipiunt Coriolano duce. Liv. 2.  
Miltiades dum Parum insulam aggreditur, infeliciter inde digressus & oblatus, Athenis in vinculis conjicitur, ac moritur. Herod. vi.  
Sp. Nautius.  
Sex. Furius. Archon Anchises. Halic. viii.  
Coriolanus ab oppugnatione patriæ materna pietate deducitur. Dionysius Liv. lib. 2.  
T. Sicinius.  
C. Aquilius.  
Sicinius Volscis difficiliter superatis triumphum egit. Aquilius vicis Hænicis ovans Urbem ingressus est. Dion. Liv. 2.  
Tertio anno post cladem Marathoniam exacto, & incunte quarto, Ægyptus à Persis deficit. Ad utrumque bellum capeffendum intentus Darius, Xerxem regni successorem instituit. Herod. vii.  
Sp. Cassius III.  
Proculus Virginius.  
Æqui à Virginio fusi. Volsci, & Hænici à Cassio ad Romanorum amicitiam traducti. Cassius regnum affectans legem agrariam tulit de agro Hænicorum Latinis & Romanis dividendo. Hæc prima legis agrariæ mentio. Dion. Val. Max. lib. 3. cap. 3.  
Q. Fabius Vibulanus.  
Ser. Cornelius Cossus.  
Sp. Cassius post Consulatus tres, ac duos triumphos ob tyrannidem affectatam è Tarpeia rupe præcipitatus est. Dion. lib. viii. Liv. 2.  
Dario mortuo Xerxes iv. Persarum rex annis xx.  
L. Æmilius Mamercus. Archon Leostratus.  
Ser. Cornelius Cossus. Halic. viii.  
Volsci & Æqui ab Æmilio superati. Dion. Liv. 2.  
Xerxes Ægyptum recuperat, & Achæmeni fratri suo permittit. Herod. vii.  
M. Fabius

Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
11	259	254
111	260	255
11	263	258
Olymp. 72	262	257
11	263	258
11	264	259
11	265	260
Olymp. 73	266	261
11	267	262
111	268	263
11	269	264
Olymp. 74	270	265

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. * O	Mundi.	Ante Chr.
4301 13 D	3501	483
4302 14 C	3502	482
4303 15 BA	3503	481
4304 16 G	3504	480
4305 17 F	3505	479
4306 18 E	3506	478
4307 19 C	3507	477
4308 20 B	3508	476

M. Fabius Vibulanus. Archon Nicodemus.  
L. Valerius Potius. Halic. viii.  
Veiens bellum initum: & Volsci rebellant. Liv. 1.  
Herodotus nascitur. Gellius lib. 15. cap. 23.  
Q. Fabius Vibulanus.  
C. Junius.  
Æqui arma sumpserunt. Veientes Romanum agrum populati. Dion. Liv. 2.  
Cæso Fabius II.  
Sp. Furius. Archon Aphephion.  
Laert. Socrate.  
Xerxes Pisistratarum, atque Alevadarum hortatu, & horrendis spectris concitatus bellum contra Græcos suscipit, ac totus est in apparatu. Hoc anno è Perside movens venit in Asiam, & Sardibus hiemavit. Herod. vii.  
Cimon ossa Thefei à Syro transfert Athenas. indeque Tragædorum institutus est agon. Plut. Cimone.  
M. Fabius Vibulanus II. Archon Callias.  
C. Manlius. Diod. xi.  
Pugnatum acerrimè cum Veientibus. Occidit Q. Fabius Consul frater, & Manlius Consul. Liv. 2.  
Xerxes hoc anno trajecit in Græciam appetente vere. quo tempore Solem obcuratum esse scribit Herod. pag. 252. Verum hoc citra eclipsin accidit, quæ nulla hoc anno veris tempore contigit: neque superiore. Vide cap. xxv. lib. x. Ponte igitur Helleponti freto imposito trajecit exercitum. qui constabat peditum decem. Naves erant supra mccc. Lacedæmonii ad Thermopylas strenuè resistunt Leonida duce cum trecentis Spartanis, & Græcorum ceterorum millibus quatuor. Victus deinde Xerxes navali prælio ad Salaminem, Boëdromionis xx. die; qui in Sept. xxii. feria 1. incidit. fugit xlv. die post pugnam, relicto in Græcia Mardonio. Herod. vii.  
Lacedæmoniorum rex Cleombrotus, ut aditum in Peloponnesum intercluderet, Isthmum muro ducto munire instituit. Sed repentina Solis defectione deterretus est, quæ contigit Octob. 2. hora 1. 24'. post meridiem, digitorumque fuit 7. Vide lib. x. cap. xxv.  
Eodem tempore Carthaginenses, quos ad aggrediendam Siciliam Xerxes incitavit, ad Himeram à Gelone victi sunt, cum iis præfret Amilcar. Diodorus lib. 11.  
Pindarus tum natus erat annos xl. Suidas.  
Anaxagoras philosophari incipit natus annos xx. Diog.  
Euripides nascitur. Diog. in Socrate. Thomas Mag.  
Kæso Fabius. Archon Xanthippus. Diod. xi.  
V. Virginius.  
Consul Fabius cum gente sua bellum Veiens sibi deposcit. Erant sex & trecenti, qui cum ivm. clientum ad Cremeram fluvium castra muniunt. Liv. 2.  
Incunte vere, Alexander Amyntæ Macedonum regis F. Athenas missus à Mardonio frustra ipsos ad deditionem hortatur. Vincitur ad Plataas & occiditur Mardonius à Pausania, & Aristide, Boëdromionis 111. hoc est Sept. xxv. Eodem die Græci prælio navali ad Mycalen duce Xantippo & Leoty-chide Persas superant. Post victoriam Lacedæmonii domum reversi. Athenienses cum Asiaticis Græcis Selson oppugnant. Xerxes Masistis fratris uxorem deperit, ejusque filiam Dario filio despondet. Xerxis uxor Ameltris Masistis conjugem auribus, naribus, labris, lingua mutilat. Masistes fugiens occiditur. Herod. ix. cujus hoc anno historia desinit.  
L. Æmilius Mamercus. Archon Timosthenes.  
C. Servilius. Diod. xi.  
Athenienses Themistocle Lacedæmonem profecto muros suos instaurant. Gelo in Sicilia obiit. Succedit Hiero frater. Diodorus xi.  
Æschylus floret.  
C. Horatius Pulvillus. Archon Adimantus. Diod. xi.  
T. Menenius Lanatus.  
Una dies Fabios ad bellum miserat omnes.  
Ad bellum missos perdidit una dies. Ovid.  
Trecenti enim à Veientibus hoc anno cæsi. Dion. Liv. anno quarto post pugnam Salaminiam. Gell. lib. xvi. cap. xx.  
Themistocles auctor est Atheniensibus, ut è Piræo portum faciant, qui Phalerico hætenus utebantur. Thucyd. 1.  
Pausanias cum barbaris de prodenda Græcia conspirat, cum unâ cum Atheniensibus in Cyprum profectus esset, ac Byzantium cepisset. Thucyd. lib. 1.  
Aristides æquitate sua socios Atheniensibus conciliat, & ut ad Persicum bellum tributa conferant hortatur, atque in Delo ararium constituunt. Diodorus lib. xi. Tunc igitur ab Athen. id. iustitiam creati.  
A. Virginius Tricothus. Archon Phadon.  
C. Servilius Struthus. Diod. xi.  
Coss. activo Solfitio creati, ait Halic. Kalend. S. xtilibus ineunt.  
Servilius Veientes occidione occidit. Liv. 2.  
Leotychidas Lacedæm. rex moritur, cum regnasset annos xxii. Succedit Archelaus, & regnat annis xlii. Anaxilaus Rhegi, & Zancles tyrannus moritur anno regni sui xviii. Succedit Micythus tutor filiorum ejus. Hiero Gelonis fratris successor Polyzelo fratri invidet. qui ad Theronem Agrigentinum se recipit. Himeræ à Thraydæo Theronis F. oppressi ad Hieronem confugiunt.  
Pars II. R r

Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
11	271	266
111	272	267
11	273	268
Olymp. 75	274	269
11	275	270
111	276	271
11	277	272
Olymp. 76	278	273

Per. Jul.	Mundi	Ante Chr.
4239 11 2 A	3509	475
4240 12 3 G	3510	474
4241 13 4 F E	3511	473
4242 14 5 D	3512	472
4243 15 6 C	3513	471
4244 16 7 B	3514	470
4245 17 8 A G	3515	469
4246 18 9 F	3516	468
4 47 9 10 E	3517	467

**DE DOCTRINA TEMPORUM,**  
 confugiunt. Sed ab eo produntur Theroni, quo cum amicitiam contrahit, ac fratri Polyzeo reconciliatur. Hiero Catanensibus, & Naxiis ejectis, novos incolas imponit: & Catanam Ætnam vocat. Theron Himeram colonos mittit. Diod. lib. xi.  
 Æschylus moritur natus annos lxx. Schol. ejus.  
 P. Valerius Poplicola.  
 C. Nauius Rufus.  
 Archon Dromochides. Diod. xi.  
 De Veientibus & Sabinis triumphat P. Valerius. Dion. Liv. 2.  
 Lacedamonii de recuperando maritimo imperio consilium incantes ab Hetomarida deterrentur. Athenienses interim multas expeditiones faciunt: & insulas paulatim in servitutem redigunt. Thucyd. lib. i.  
 Macedonum x. Rex Alexander hoc anno cœpit, & regnavit annis XLIII.  
 L. Furius Medullinus.  
 M. Manlius Volfo.  
 Archon Acetorides. Diod. xi.  
 Censu actus; & lustrum v111. conditum. Fusti Capit. Civium capita censa c111. m. Dionysius. Liv. 2.  
 Hiero Tyrrenos à Cumanis oppressos liberat. Diod.  
 Hoc anno videtur Artaxerxes à patre Xerxe in regni communionem adscitus. Vide lib. x. cap. xxvi.  
 L. Æmilius Mamercus 111.  
 Vopiscus Julius.  
 Archon Meana. Diod. xi.  
 Tarentini ab Japygibus victi. Diod. xi.  
 L. Pinarius Mamertinus.  
 P. Furius Fufus.  
 Archon Chares. Halic. ix.  
 Volero Trib. Pl. legem tulit de plebeis Magistratibus creandis. Liv. 2.  
 Thero Agrigentinus moritur, cujus filius Thralydzus impotenter se gens, ab Hierone vincitur, & paulò post à civibus occiditur. Agrigentini libertatem recuperant. Diod. lib. xi.  
 So, hocies hoc anno primùm Tragœdiâs docuit. Euseb.  
 Ap. Claudius Sabinus.  
 T. Quintius Capitolinus.  
 Archon Praxiergus. Diod. xi.  
 Volconis lex anno superiore promulgata, hoc demum perlata est. Liv. 2.  
 Lacedamonii ut Atheniensium quempiam in proditionis infamiam conjicerent, Themistoclem accusant communicati cum Pausania consilii. ac primò quidem absolutus est. postea tamen ad Admetum; inde in Asiam fugit. atque hinc ad Artaxerxem simul & Xerxem. uti cap. xxvi. lib. x. declaravimus.  
 Elei in unam civitatem coeunt. Diod. xi.  
 Euripidem natum hoc anno scribit auctor vitæ Sophoclis, quo annis xxiv. junior fuisse dicitur.  
 L. Valerius Poplicola.  
 Tib. Æmilii Mamercus.  
 Archon Demotia. Diod. xi.  
 Cimon Miltiadis F. Atheniensium Imperator Asiæ urbes à Persis recipit. quos etiam cœxi. navibus instructos ducentarum quinquaginta navium classe vincit ad Cyprum: statimque ad Eurymedontem fluvium pedestres barbarorum copias fundit. Diod. xi.  
 Thucydides nascitur. Pamphila apud Gellium lib. xv. cap. xxiii.  
 Capuam à Tuscis conditam hoc anno Cato referebat. Velleius lib. i.  
 Democritum hoc anno natum Thralyllus ait apud Diogenem.  
 A. Virginius Montanus.  
 T. Numicius Priscus.  
 Archon Phadon. Diod. xi.  
 Sparta terræ motibus quassata. Helotes, & Messenii rebellant. sed ab Archidamo coercuntur. Athenienses primùm in auxilium vocati, postea verò suspecti, non sine offensione discedunt. Hæc simulatum initia. Diodorus xi.  
 Socratem hoc anno natum scribit Diogenes: sed Aphepsione Prætoris, qui est annus iv. Olymp. lxxiv.  
 T. Quintius Capitolinus.  
 T. Servilius Priscus.  
 Archon Theagides. Halic. ix.  
 De Volscis victoriam retulit Quintius, & Antiam cepit, ac triumphavit. Dion. Liv. 2.  
 Mycenæ, quæ hæctenus Argivis subjeci noluerant, ab iis everfæ. Diod. xi.  
 Bacchylides poëta, & Diagoras celebrantur. Euseb.  
 Zenxis pictor claret hoc tempore. Euseb.  
 Simonides obiit annos natus lxxxix. Suid.  
 Anaxagoram mortuum hoc tempore prodidit Apollodorus apud Diog. quod non est verisimile.  
 Tib. Æmilii Mamercus.  
 Q. Fabius Vibulanus.  
 Archon Lyfftratus. Diod. xi.  
 Anaxilai filii à tutore Micytho rationem reposcunt. qua ille sanctissimè reddita, frustra retinentibus illis, recessit in Græciam. Hiero Catanæ moritur, regno Thralybullo fratri relicto, cum xi. annis regnasset. Diod. xi.  
 Lapis in Ægos potamon decidit. Plin. lib. 11. cap. LVIII.

Q. Servilius

Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
11	279	274
111	280	275
11	281	276
Olymp. 77	282	277
11	283	278
111	284	279
11	285	280
Olymp. 78	286	281
11	287	282

Per. Jul.	Mundi	Ante Chr.
4248 20 11 D	3518	466
4249 21 12 CB	3519	465
4250 22 13 A	3520	464
4251 23 14 G	3521	463
4252 24 15 F	3522	462
4253 25 16 ED	3523	461
4254 26 17 C	3524	460
4255 27 18 B	3525	459

Q. Servilius 11.  
 Sp. Postumius Albinus.  
 Archon Lysanias. Diod. xi.  
 Thralybulus Hierone deterior, à Syracusanis bello appetitur. pacione interposita, exulatum in Locros abiit. Ita Syracusani ix. deinceps annis ad Dionysium usque felicissimè vixerunt. Diod. xi.  
 T. Quintius Capitolinus.  
 Q. Fabius.  
 Archon Lysibeus. Diod. xi.  
 Lustrum ix. Romæ conditum. Censa sunt cxxiv. m. Liv. 3.  
 Artabanus Hyrcanus Xerxem interficit; & apud Artaxerxen Darium ejus fratrem paternæ cædis accusat. Unde Dario ab Artaxerxe sublato, Artabanus hunc ipsum vulnerat. Sed mox ab eo necatur. Artaxerxes igitur à Megabyzo hoc anno cœpit, & regnavit annos xl. Diod. xi.  
 A. Postumius Albus Regillensis.  
 Sp. Furius Medullinus.  
 Archon Archidemides. Hal. ix.  
 Hoc primùm anno T. Quintius pro Consule iustus est subsidio castris cum exercitu sociali mitti. Liv. 3.  
 Thasi ab Atheniensibus denuò subjugati. Æginetæ rebellantes obfessi. Amphipolim xm. colonorum Athenis missa. Thraciam iidem aliquamdiu tenent, donec ab Edonis profigati sunt. Lacedamonii Thasis impellentibus in Articiam irrupturi, terræ motu, & Elotum defectione prohibentur. Diodorus xi. Pausan. Messen. pag. 134. Cimonem Lacedamonis adversus Elotas subsidio venisse refert.  
 L. Ælontius.  
 P. Servilius Priscus.  
 Archon Tlepolemus. Diod. xi.  
 Consules Kal. Sextilibus, ut tunc anni principium agebatur, ineunt. Liv. Ambo Coss. peste mortui. Dion. Liv. 3.  
 Eclipsis Solis Ap. 30. feria 2. hora 3. post meridiem, cujus meminit Euseb.  
 Ægyptus cum Inaro rege defecerat. Artaxerxes Achamenem patrum cò mittit. Inarus Atheniensium auxilium accersit. Themistocles hoc anno videtur obiisse, cum adversus Athenienses bellum ei mandaretur ab Artaxerxe. Vide lib. x. cap. xxvi.  
 Artaxerxes, qui & Assuerus, grande convivium facit. Vasthi repudiata Estherem ducit. Esther 1.  
 L. Lucretius Tricipitinus.  
 T. Vetusus Geminus.  
 Archon Conon. Diod. xi.  
 Lex Terentia promulgata de quinquoviris Consulari potestate creandis. Liv. 3. Cum, ut dictum est, solem defecisse noter Eusebius, id ad annum hunc refert Scaliger, Orobisique xiv. Sed vera conjunctio Athenis accidit hora post meridiem x111. diei, 9. 21'. Non igitur conspici potuit. Proflus verò antecedente anno defectio illa contigit. Perfæ in Ægypto navali prælio ab Atheniensibus victi. Artaxerxes Lacedamonios adversus illos sollicitat: sed frustra. Ideo novas copias Artabano, & Megabyzo ducibus mittit. Diod. xi.  
 P. Volumnus Amintianus.  
 Ser. Sulpicius Camerinus.  
 Archon Eubippus. Diodorus.  
 Lex Terentia rursus agitata. Cæso Quintius ferox juvenis, quo duce pulsus foro saspè Tribuni, damnatus in exilium abiit. Liv. 3.  
 Siculi Catana, & aliis urbibus pulsus sub Tyrannide, Deucetio duce patrias recuperant. Diod. xi.  
 Athenienses Perfæ Memphim fugientes persecuti duas urbis partes occupant. Id.  
 P. Valerius Poplicola.  
 C. Clodius Regillus.  
 Archon Phagelides. Diod.  
 Ap. Herdonius Sabinus cum iv. m. exulum & fervorum arcem & Capitolium occupat. Tribuni vetant armari populum. Valerius minatur, & plebi persuadet. Thufculani ad Urbis auxilium advolant. Cæso Valerio, Capitolium recuperatur. L. Quintius Cof. suffectus. Liv. 3.  
 Ephialtes, incitante Pericle, Arcopagitarum potestatem imminuit. Cimonem ostracismo relegari facit, quasi μισόδημον & φιλολύκωνα. Ipse noctu jugulatur. Perfæ ccc. navibus instructis exercitum in Ægyptum transferunt, ut Memphi obfessis opem ferrent. Diod. xi.  
 Q. Fabius Vibullanus 111.  
 L. Cornelius Maluginensis. Archon Philocles. Diod.  
 Censu actus, & inventa cxxxii. m. & ccccix. Sed lustrum ob Capitolii capti, & occisi Coss. religionem non conditum. Liv. lib. 11. Dionysius tamen conditum refert, idque ix. est. Volsci & Æqui ad Antium victi. triumpharunt ambo Coss.  
 Athenienses Leocrate duce Corinthios, & Epidaurios vincunt, & Peloponnesum populantur: còsque vincunt iterum ad Cœcryphalum, nec non Æginetas. Lysias nascitur. Diod. Plutar.  
 [Natus est hoc anno Lysias Athenis, patre Cephalo Syracusis orto, sed Athenarum inquilino. Auçtor vitæ Lysias, qui perperam anno 2. Olympiadis lxxxii. posuit, pro lxxx.]  
 Esther hoc anno ad Assuerum introducitur mense x. Esther cap. 11.  
 Pars II. R r 2 L. Minucius.

Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
111	288	283
11	289	284
Olymp. 79	290	285
11	291	286
111	292	287
11	293	288
Olymp. 80	294	289
11	295	290

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul.	Mundl.	Ante Chr.
4256 28 19 A	3526	458
4257 1 1 GF	3527	457
4258 2 2 E	3528	456
4259 3 3 D	3529	455
4260 4 4 C	3530	454
4261 5 5 BA	3531	453
4262 6 6 G	3532	452
4263 7 7 F	3533	451
4264 8 8 E	3534	450
4265 9 9 DC	3535	449

**L. Minucius.** Archon Bion. Diod.  
**C. Nautius Rutilus.**  
 Equi contra Romanos bellum movent, & Sabini. Nautius contra Sabinos feliciter rem gerit. Minucius ignave: & ab Equis obfidetur castra. Quinctius Dictator ab aratro vocatus Equos sub jugum mittit. Inde xvi. die Dictatura se abdicat. Liv. 3. Dionys.  
 Megarenfes à Corinthiis vexati Atheniensium opem implorant. Myronide ergo duce misso victi Corinthii. Phocenses ejiciunt Doras oppidis tribus. Lacedaemonii opem iis ferunt. In reditu ab Atheniensibus laceffiti vincunt ipsos. Induciae mox mensium iv. factae. Athenienses *μακεδν τειρον* Megarenfibus ædificant; imposito præsidio. Diod. xi.  
**C. Horatius Pulvillus.** Archon Mnesticides. Diod. xi.  
**Q. Minucius Augurinus.**  
 Equi Corbionem occupant. Horatius illos vincit. Trib. Pl. tum x. creati. Liv. 3.  
 Thebani ob *μηδισμν* à Bœotis contempti ad Lacedaemonios confugiunt, & imperium recuperant. Myronides dux Athen. Lacedaemonios exigua manu vincit. Mox Bœotiam, Locros, & alias regiones expugnat. Diod. xi.  
**M. Valerius Laetia.** Archon Callias. Diod.  
**Sp. Virginius Tricostus.**  
 Romæ faculares ludii primùm acti. Cenforinus.  
 Tolmides dux Athen. Laconicam populatur; Zacynthum, & Cephale-niam obtinet. Messenios Naupacti collocat. Æginetæ se Atheniensibus dedunt. Perseæ terra marique suis Memphi obfessis opem ferunt, eosque liberant. Atheniensis ab Ægyptiis deserti in Prosopitidem insulam se receperant. ubi à Persis obfessi, desperata salute, cum incensis navibus acerrimè pugnare vellent, Megabazus illorum fortunam admittens, æquis conditionibus eos dimittit. Ita Ægyptus ab Artaxerxe recepta. Inarus in crucem actus. Thucyd. lib. i. post Tolmidæ victoriam hæc acta memorat.  
**C. Veutius Cicurinus.** Archon Sosistratus. Diod.  
**T. Romilius Vaticanus.**  
 Equi in Thufculanos irruentes à Coss. fusi. Liv. 3.  
 Pericles dux eligitur, & Tolmide in Bœotia occupato, Peloponnesum populatur. Diod. xi.  
 Cratinus, & Plato Comici celebrantur: nec non Aristarchus Tragicus, cujus Plautus meminit. Euseb.  
 Neemias potestate ab Artaxerxe facta instaurandæ urbis Hierosolymitanæ in Judæam profectus est. Necm. 11. Hic est annus xx. Artaxerxis à primo ejus initio.

DANIELIS HEBDOMADES.

Initium LXX. hebdomadam ab antecedente anno. Vide quælib. 12. disputata sunt.  
**Sp. Tarpeius.** Archon Ariston.  
**A. Æternus vel Aterius.** Diod.  
 Abjecta lege Terentia, legati tres in Græciam ad eorum cognoscendas leges missi. Consules anni superioris ambo damnati. Liv. Halic.  
 Syracusani *πεταλιον* ad *εσπεριουμ* formam institunt, & statim abrogant. Diod. xi.  
**Sex. Quintilius Trigemius.** Archon Lysicrates.  
**P. Curiatius.** Diod.  
 Pericles Sicyone frustratentata Acarnaniam vexat. Syracusani cum Tyrhenis bellum gerunt. Urbs Palica condita. Diod. xi.  
**C. Menenius.** Archon Cherephanes.  
**P. Sestius Capitolinus.** Halic. x.  
 Sybaris à Crotoniatis everfa ante annos LVIII. à Thesfalo, collectis Sybaritarum reliquiis instaurata inter Sybarin & Crathin. unde sexto post anno pulsi. Diod. xi.  
**DECEMVIRI.** Archon Antidorus.  
 Decemviri hoc anno creati, qui jura populo scriberent, cum legati tres à Græciis anno superiore rediissent. Halic. Liv. 3.  
 Deucetius Siculorum dux Ænam occupat. Diod. x.  
 Crates Comicus, Bacchylides Lyricus. Praxilla item, & Cleobulina celebrantur. Euseb.  
**DECEMVIRI.** Archon Euthydemus.  
 Hoc anno Cimon induciarum ad quinquennium cum Peloponnesiis faciendarum auctor est. Thucyd. lib. i. pag. 72. ac tum in Cyprum cum classe profectus Persas terra marique superat. Idem.  
 Templum Junonis in Argis incensum. Euseb.  
 Deucetius Siculorum dux à Syracusanis victus supplex ad eos confugit, & Corinthum mittitur. Diod. xi.  
**DECEMVIRI.** **L. Valerius Potitus.** Archon Pedicus.  
**M. Horatius.** Coll. *isique abrogatis.*  
 Decemviri impotenter Remp. administrantibus, præsertim Ap. Claudio, qui Virginiam in servitutem asservauerat, quæ & ideo à patre occisa fuerat; plebis secessio facta. Mox Trib. Pl. restituti, & Coll. creati. Qui cum adversus hostes feliciter rem gessissent, triumphum primi à populo invito Senatus; Valerius de Æquis, & Volscis; Horatius de Sabinis egerunt. Liv. 3.  
 Cimon Cyprî urbes sibi subjicit. Artaxerxes cogitur ignominiosam cum Græciis

Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
111	296	291
111	297	292
Olymp. 81	298	293
111	299	294
111	300	295
111	301	296
Olymp. 82	302	297
111	303	298
111	304	299
111	305	300

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Græcis pacem facere, ea lege, ut Asiae urbes liberas relinqueret; neve ad mare propius intervallo, quantum equi cursus est, accederet. intra Cyna-neas autem & Chelidonias longa navi, vel rostrata non invheretur. Diod. xi. Plutarchus. qui in Citiâ obfidione Cimonem obfite narrat.  
**Lars Herminius.** Archon Philiscus.  
**T. Virginius Calpurnianus.** Halic. xi.  
 Eubœa deficit ab Athen. tum Megarenfes. qui à Pericle victi. Diod. xi.  
**M. Geganius Macerinus.** Archon Tmarchides.  
**C. Julius.** Diod.  
 Lacedaemonii in Atticam irrumpunt. Tolmides dux Charoneam expugnat. Post ad Coroneam à Bœotis occiditur. Ita Bœotiam Atheniensis omittunt. Diod. lib. xii.  
**T. Quinctius Capitolinus.** Archon Callimachus.  
**Agrippa Furius.** Diod.  
 Pericles Atheniensium fractas res erigit. Eubœam subjugat. Lacedaemonii in Atticam irrumpunt annis xiv. ante initium belli Peloponnesiaci. Thucyd. lib. i. pag. 114. Induciae xxx. annorum inter Atheniensis & Lacedaemonios pactæ. Thucyd.  
 Agragantini Syraculanos aggressi, quod Deucetium emiserant, qui ad Calen acten instaurandam reversus erat, ab illis vincuntur. Thuriorum urbs instaurata. Hanc exlitruxere Sybaritæ, adjuvantibus Atheniensibus. Charondas legibus novam civitatem temperat. Diod. xii.  
**M. Genucius.** Archon Simachides.  
**Agrippa Curtius.** Diod.  
 C. Canuleius Trib. Pl. legem tulit de connubiis patrum cum plebe miscendis; & obtinuit impedito delectu. Liv. 4.  
 Tribuni mil. Consulari potestate hoc anno primùm creati. Sed vitio factis suffecti Coss. tertio post mense.  
**L. Papirius Mugillanus.** Archon Praxiteles.  
**L. Sempronius Atratinus.** Archon Praxiteles.  
 Thurii cum Tarentinis bellum gerunt. Atheniensis colonos mittunt ad Thuriis, interque ceteros Lysiam xv. annos natum. Venit & Herodotus, atque historiam suam ibi scripsit. Plin. lib. xii. cap. iv. Dion. Halic. in Lysia. Plut. Diod. Herodotus natus erat annos xi.  
 Melissus, Parmenides, Empedocles insignes habentur. Diog. Laert.  
**T. Quinctius v.** Archon Lysianus.  
**M. Geganius Macerinus xi.** Diod.  
 Volsci à Geganio victi, & sub jugum missi, de quibus triumphum egit Livius.  
 Euripides floret, & Protagoras Sophista. Euseb.  
 Censores hoc anno primùm creati. Liv. 4.  
**M. Fabius.** Archon Diphilus.  
**Postumus Æbuius Elba.** Halic. xi.  
**C. Furius Pacilus.**  
**M. Papirius Crassus.**  
 Sexto anno, quàm xxx. annorum induciæ ab Atheniensibus & Lacedaemoniis pactæ fuerant, (ut ait Thucyd. pag. 74.) Samii ab Atheniensibus deficiunt contra Milefos bellum gerentes. Pericles insulam subegit. Quo adversus Perfarum naves profecto, Samii relictam ab eo classem expugnant. Reversus Pericles Samios iterum in ditionem suam redigit. Obsidionales machinæ, ut aries, testudo, &c. ab Artemone Clazomenio primùm ibi repertæ. Diodorus lib. xii.  
 Causa defectionis Sami fuit Aspasia Milefia, cujus in gratiam Milefis Pericles favebat. Diod.  
**Proculus Geganius Macerinus.** Archon Myricides.  
**L. Menenius Lanatus.** Diod. xii.  
 Fames prævalida Romæ. multi se in Tiberim præcipitant. Liv. 4.  
 Deucetius Siculorum dux morbo perit. Diod. xii.  
**T. Quintus Capit. vi.** Archon Glaucides.  
**Agrippa Menenius Lanatus.** Diod.  
 Sp. Melius per occasionem famis frumento diviso plebem sibi conciliat. Creato Dictatore L. Quinctio, à Magistro Equitum C. Servilio Hala Melius occiditur. Accusatur deinde à L. Minucio Præfecto annonæ Servilius, qui & exsulavit. Liv. 4.  
 Bellum Corinthiacum cæpit. Epidamni exules Epidamnium obfidit. Cives à Corcyraeis rejecti ad Corinthios confugiunt. qui à Corcyraeis victi cum majoribus ad bellum viribus confugerent, Corcyraei ad Atheniensis receptum habuerunt. Thucyd. i. Diod. xii.  
 Theætetus Mathematicus floret. Euseb.  
**Trib. Mil. Cons. pot. tres.** Archon Theodoros. Diod.  
 Fidenæ colonia ad Lartem Tolumnium Veientium regem deficiunt, & legatos Pop. Rom. occidunt. quibus statim in rostris positæ. Liv. 4.  
 Archanaetidæ Cimmerii Bosphori reges desinunt post annos xlii. Succellit Spartacus annis vii. Diod. xii.  
**M. Geganius Macerinus.** Archon Euthymenes.  
**L. Sergius Fidenas.** Diod.  
 Dictator creatus Mamerus Æmilii Veientes vincit. Tolumnius à Coss. occiditur, deque eo spolia refert opima. Vide Liv. 4.  
 Aristophanes floret.

Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
Olymp. 83	306	301
111	307	302
111	308	303
111	309	304
Olymp. 84	310	305
111	311	306
111	312	307
111	313	308
Olymp. 85	314	309
111	315	310
111	316	311
111	317	312

Per. Jul. * ①	Mandi.	Ante Chr.
4278 22 3 A	3548	436
4179 23 4 G	3549	435
4180 24 5 F	3550	434
4281 25 6 ED	3551	433
4282 26 7 C	3552	432
4283 27 8 B	3553	431
4284 28 9 A	3554	430
4285 29 10 GF	3555	429
4286 30 11 E	3556	428

DE DOCTRINA TEMPORUM,

L. Papyrius Crassus. *Archon Naufrimachus.*  
M. Cornelius Maluginensis. *Diod.*  
Corcyraei & Corinthii legatos Athenas mittunt. Athenienses Corcyraeorum societatem praefurunt. Thucyd. 1. Miltius Lacedaemonius Cimonia F. cum x. navibus.  
Democritus, Empedocles, Hippocrates medicus, Gorgias, Hippias, Prodicus, Zeno Eleates, Parmenides, & Socrates florent. *Diog. Laert. & alii.*  
Iocrates nascitur annis v. ante bellum Pelop. Dion. Halic. in ejus Vita C. Julus. *Archon Antiochides.*  
Proculus Virginius Tricostus. *Diod.*  
Peste grassante, Fidenates Romanum agrum populantur. Dictator creatus est A. Servilius Priscus. Captæ Fidenæ. Liv. 4.  
Corinthii navali praelio victi Potidæam ad defectionem impellunt. Perdiccas Macedo idem Chalcidensis persuadet, & ut relictiis maritimis oppidis in unum oppidum Olynthum commigrent. Hæc *Diod. xii.*  
Thucydides initio victos à Corinthiis esse Corcyraeos asserit: sed Atheniensibus subsidium ferentibus, discessisse Corinthios. Post concione Lacedæmone facta, decretum videri Athen. inducias violasse. Anno id. xiv. quam erant factæ contigit. Ergo anno 4281.  
Pindarus obiit annos natus lxxv. vel, ut alii lxxx. Thomas Mag. *Julius 111.*  
Hetrufci de bello Romanis inferendo concilium cogunt. Ideo Dictator creatus Mamercus Æmilius. Sed bello quiescente Censuram à quinquennio ad sesquiannum contraxit. Liv. 4.  
*Tribb. Mil. 111.* *Archon Apseuder. Diod.*  
Ædes Apollinis in pestilentia vota. Liv. 4.  
Meton Pausanias F. Enneadecaeteridem publicat. Vide lib. 11.  
Tarentini Siris incolæ aliò transferunt, & colonia suorum addita Heracleam condunt. *Diod. xiii.*  
Macedonum rex xi. Perdiccas annis xxxiii. Dexippus. *Tribb. Mil. 11.* *Archon Pythodorus.*  
Lacedæm. cum sociis decreverunt inducias ab Athen. violatas, & bellum suscipiunt. Thucyd. 1. Callias dux ad Potidæam moritur. Huic Phormio subrogatus. *Diod. Thucyd.*  
Phidias Minervæ simulacrum facit. Aristoph. Schol. ad *Eiqvluw.*  
Meton Solstitium observat. Vide lib. 11. & iv.  
Coss. T. Quintus Cincinnatus. *Archon Embrydemus.*  
C. Julius Mento. *Diod.*  
A. Postumius Dictator adversus Æquos, & Volcos; de quibus triumphat. Is filium, quod contra jussum suum pugnaverat, securi percussit. Ita Gellius lib. xvi. Valerius Maximus lib. 11. cap. 11.

BELLUM PELOPONNESIACUM.

Cœpit hoc anno Archonte Pythodoro verno tempore. Thucyd. 11.  
Causa belli suspecta Lacedæmonii Atheniensium potentia. Occasio ex Pericle, qui vii. m. talentorum rationem reddere metuens omnia permisit. Initium belli à Plataearum invasione, in quam Thebani clam ingressi, ad unum occiduntur, veris initio. Dein astate sequente, die lxxx. à Plataearum aggressionem, Lacedæmonii Archidamo duce in Atticam excurrunt, post annos xiv. quam Plisfoanax irruerat. Thucyd. lib. 11. pag. 114.  
Athenienses Æginetas insula pellunt, & classe C navium oram Peloponnesi populantur. Sitalcen Thraciæ regem, & Perdiccam Macedoniæ sibi conciliant. Idem.  
Solis defectio contigit August. 3. feria 4. hora 5. à mediâ nocte. Vide lib. x. cap. xxviii.  
L. Papyrius Crassus. *Archon Apollodorus. Diod.*  
L. Julius. *Belli 2.*  
Athenienses Methonem frustra obsident. Brasidas illustris habetur. Athenis gravissima pestis, cum Peloponnesii rursus Atticam populati essent. Pericles Peloponnesi oram vastat. Huic Athen. succensent, & pecunia mulctant. Thucyd. 2. *Diod. xii.*  
L. Sergius Fidenas. *Archon Epaminon. Diod.*  
Hostius Lucretius Tricipitinus. *Belli 3.*  
Pericles moritur post biennium & sex menses ab inchoato bello Agnon dux Athen. Potidæam expugnat. Phormio dux eorumdem Lacedæmonios navali praelio bis vincit. Plataeas obsident Peloponnesi circa ortum Arturi, id est Octobri, ut exponit Schol. Thucyd. 11.  
Sitalces rex Odrysarum adversus Perdiccam expeditionem agit. Thucyd. 2. *Diodor. xii.* Hoc anno Euripidis drama Hippolytus datur. Scholiast. Eurip.  
A. Cornelius Cossus. *Archon Diotimus. Diod.*  
T. Quintus Pennus. *Belli 4.*  
Veientes in agrum Romanum excurrunt. Superstitiones peregrinæ per Ædiles compressæ. Liv. 4.  
Lesbii, & præcipue Mitylenæi ab Athen. deficiunt. Olympiade ineunte clam legatos ad Peloponnesios mittunt. Thucyd. lib. 111.  
Mitylene

Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
Olymp. 86	318	313
11	319	314
111	320	315
iv	321	316 Dec. 9
Olymp. 87	322	317
11	323	318
111	324	319
iv	325	320 Dec. 8
Olymp. 88	326	321

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Mitylene capta, & plerique necati. Pergitur in Plataearum obsidione. Anaxagoras moritur natus annos lxxi. Plato nascitur Thargelionis septima die. *Diog.*  
C. Servilius Ahala. *Archon Enclides. Diod.*  
L. Papyrius Mogillanus. *Belli 5.*  
Athenienses à Leonitis rogati classem in Siciliam mittunt adversus Syracusanos. Sed illi inter se convenerunt. Gorgias legatus primum Athenis auditus est.  
Mitylenæi à Pachete obfessi deditionem faciunt. Lata in omnes capitalis sententia, postmodum revocatur. Plataeæ à Lacedæm. captæ, atque dirutæ.  
Corcyra seditione gravi laborat. Inclinabat in Lacedæmonios nobilitas: plebs in Athenienses. Victa nobilitas Atheniensium auxilio. *Diodorus xii. Thucyd. 111.*  
*TRIBB. mil. iv.* *Archon Scythodorus. Diod.*  
*Belli 6.*  
Infeliciter à Trib. pugnatum contra Veios. Dictator creatus est Mamercus Æmilius. Veientes, & Fidenates à Dictatore victi, occisis colonis Fidenatibus, qui ad augendam terrorem faces præferebant. Fidenæ captæ, atque dirutæ. Liv. 4.  
Pestis recrudescit Athenis. Delus expiata mortuorum sublatis loculis. Trachin Heraclia nominata, & incolis à Lacedæmonii frequentata. Terra motu apud Locros scissa, & Atalante insula superflua. *Diodorus ait esse factam.* Laches in Sicilia Messeniis Atheniensibus adjungit. Athenienses xxx. naves mittunt in Peloponnesum ducibus Demosthene, Alcisthene, & Procle: & in Melum 11. duce Nicia. Hi ad Tanagram vincunt Bœotios. Demosthenes cum Acarnanibus Leucadios infestat; & ab Ætolis vincitur.  
Athenienses in Sicilia Locridem populantur, Peripolium capiunt. Demosthenes Ætolos, eorumque socios Lacedæm. vincit. *Diod. xii.*  
*TRIBB. mil. iv.* *Archon Stratoles. Diod.*  
*Belli 7.*  
Demosthenes Pylum munit, quæ abest à Messeniis stad. 400. Lacedæmonii in Sphaacteria insula portu Pyli opposita delectos collocant. Cleon Athen. dux Lacedæm. qui in Sphaacteria erant in potestatem redigit. Pæcem orant Lacedæmonii: respuunt Athenienses. Thucyd. 111. *Diod. xii.* Syraculii & Locri Messanam capiunt.  
Artaxerxes moritur, anno imperii xi. Thucyd. pag. 285. Succedit Xerxes mensibus duobus. Huic Sogdianus mensibus vii.  
*TRIBB. mil. iv.* *Archon Harchus. Diod.*  
*Belli 8.*  
Capua Ethulcorum colonia à Samnitibus occupata castris noctu incolis. Liv. 4.  
Solis defectio contigit Martii xxi, feria 4, hora 8, 29. post mediam noctem. Thucyd. 3. Vide lib. x, cap. xxviii.  
Syraculii, & alii Siculi pacem faciunt. Atheniensium duces reversi fuga, aut pecunia multati. Megara à Brasida servata ne Atheniensibus proderent. Lamachus in Pontum navigat. Demosthenes Naupactum. Brasidas Thessalia transit Perdiccæ se adjungit, & multas civitates Lacedæmonii conciliat. Amphipolim capit. Thucyd. iv. *Diod. xii.*  
Perfarum ix. rex Darius Nothus annis xix.  
Aristophanis Nubes priores data. Schol.  
Coss. C. Sempronius Atratinus. *Archon Aminias. Diod.*  
Q. Fabius Vibulanus. *Belli 9.*  
Sempronius malè adversus Volcos pugnat. Sex. Tempanius Decurio equitum ex plebe perruptis hostibus evadit, & productus in concione Sempronium purgat. Liv. 4.  
Lamachus tempestate ad Heracleam amittit classem. Annuæ induciæ inter Lacedæm. & Athen. initæ. Quas priusquam audisset Brasidas Scionem capit. De hac altercantibus conveniri non potuit. Menda interim ad Lacedæm. transit, quæ à Nicia recuperata. Scione obfessa.  
Perdiccas alienatus à Lacedæm. ad Athenienses transit. Argis templum incuria sacerdotis Chrysidis conflavit. Thucyd. iv. *Diod. xii.*  
Aristophanis Nubes secundæ in scenam data. Schol. Arist.  
*TRIBB. mil. iv.* *Archon Alcæus. Diod.*  
*Belli 10.*  
Cleon in Thraciam profectus Toronam capit. Contra Brasidam pugnat. Ambo in acie caesi; victoribus Lacedæmonii. Athenienses l. annorum inducias pacti. Ita Peloponnesiacum bellum x. anno terminatum. Thucyd. v.  
Eudoxus Cnidus clarus habetur. *Diog. Euf.*  
*TRIBB. mil. iv.* *Archon Aristo. Diod.*  
*Belli 11.*  
Cum Quæstores duos ad veteres totidem addi placuisset; certatum est, ut ex plebeis creari possent. Liv. 4.  
Novi in Græcia tumultus. Græci arbitrati Lacedæmoniorum & Athen. consensum ad opprimendam Græciam pertinere, inter se conspirant, Argis delato principatu. Lacedæmonii socios comitate retinent. Athenienses faviant. Lacedæmonii ver sacrum Heracleam destinant. Thucyd. v. *Diod. xii.*  
*Trib. mil. iv.* *Archon Aristophylus. Diod. xii.*  
*Belli 12.*  
Majore

Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
11	327	322
111	328	323
iv	329	324 Dec. 7
Olymp. 89	330	325
11	331	326
111	332	327
iv	333	328 Dec. 6
Olymp. 90	334	329

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul.	Mundi.	Ante Chr.
4299 13 1	3565	419
4296 12 2	3566	418
4297 13 3	3567	417
4298 14 4	3568	416
4299 15 5	3569	415
4300 16 6	3570	414
4301 17 7	3571	413
4302 18 8	3572	412

Majore anni parte interregnum fuit.  
Athenienses Delios, quos eiecerant, restitunt: neque Pylum Lacedæmonis reddunt. ob id tumultuatum. Argivi se ad Athenienses adiungunt; cum Lacedæmonii à certamine legati fraude ab Alcibiade circumventi negassent in concione se *νικησάντες* venisse, quod in Senatu dixerant. Elei à certamine Olympico sunt exclusi, quod per inducias Olympicas oppidum invasissent. Diod. xii.

*Trib. mil. iv.* Archon Archias. Diod. xii. Belli 13.  
Servi de occupanda Roma conjurati detecti sunt. Liv. 4.  
Argivi cum Lacedæmon. pugnant. Fœdus postea faciunt: quod subinde violatum. Bœoti Heracleam Trachinæ occupant. Alcibiades Peloponnesum cum armis ingreditur. Argivi Epidaurum capiunt. Thucyd. v. Diod. xii.

*Trib. mil. iv.* Archon Anipho. Diod. Belli 14.  
Cum Tribb. mil. duo ab Æquis superati fuissent, Dictator creatus Q. Servilius illos devicit. Volæ captæ, ac Lavici: quæ & colonia deducta. Liv. 4.  
Lacedæmonii de Argivis, & Mantineensibus insignem victoriam referunt. Thuc. v.  
Himera cum annis LVIII. stetit, à Carthaginensibus everfa. Vide supra anno 4238.  
*Trib. mil. iv.* Archon Euphemus. Diod. Belli Peloponn. 15.  
Appetente verè, & exeunte anno iv. Olymp. xc. Lacedæmonii cum Argivis, & Mantineensibus societatem ineunt. Thucyd. lib. v. pag. 399.  
Atheniensibus Perdicas suspectus esse cœpit. Ideo mari ab illis arceatur. Id.  
*Trib. mil. iv.* Archon Aristomnestus. Diod. Belli 16.  
Turbatum à Tribunis Pl. legis Agrariæ mentione. Sed Appius Claudius suavitè, ut adversus Tribunos plebis auxilium à collegis ipsorum peteretur. Liv. 4.  
Hoc anno Athen. Siciliense bellum suscipiunt. Selinuntii Egestanos oppreferant; Syracusii patriâ Leontinos eiecerant. utriusque Atheniensium opem implorant. qui legatis ad explorandam rem præmissis, Alcibiadis hortatu occasionem hanc arripiunt. Duces creati tres, Alcibiades, Nicias, Lamachus.  
Melii insulares ab Athen. victi, & puberes omnes occisi. Thucyd. v. Diodorus xii.  
Xenocles poëta Euripidem vincit. Ælianus lib. 11. cap. viii.  
*Trib. mil. iv.* Archon Chabrias. Diod. xii. Belli 17.  
Atheniensium classis in Siciliam navigat. Antequam proficiscerentur, Hermæ noctu præciduntur. Ea res Alcibiadi crimini data. qui cum in Siciliam venisset, inde ad causam dicendam evocatus, clam aufugit Spartam: & Lacedæmonios ad opem Syracusum ferendam incitat.  
Gylippus dux in Siciliam mittitur. Diod. xii.  
*Tribuni militum iv.* Archon Pfsander. Diod. Belli 18.  
Volæ ab Æquis captæ: sed à Postumio Regillensi uno è iv. Tribunis receptæ. Qui in Urbem revocatus ob seditionem, cum dixisset: Malè militibus meis, nisi quieverint, fremente exercitu, Quastore lapide icto, cum fœvere pergeret, lapidibus obruitur. Liv. 4.  
Syracusæ ab Atheniens. muro interclusæ. Lamachus occiditur. Atheniensis in Græcia cum Argivis Laonicam vastant. Ob id induciæ solutæ.  
Gylippo per Epipolas ingresso, Syracusani murum ex adverso ejus exstruunt, quem Atheniensis excitarant. Nicias in summas angustias redactus Atheniensibus scribit, missionemque flagitat. Thucyd. vii.  
M. Cornelius Cossus. Archon Cleocritus. Diod. xii. Belli 19.  
L. Furius Medullinus. Belli 19.  
Quæstio de Postumiana cæde instituta. Liv. 4.  
Lacedæmonii Deceliam occupant, quæ abest Athenis 120. stadia. Suppetia missæ Atheniensibus in Siciliam, Enrymedonte & Demolthene ducibus. Fit navale certamen, in quo victi Syracusani. Sed tandem fusi Atheniensis terra marique. cæsi Demolthenes & Nicias. Eclipsis Lunæ contigit Augusti xxvii, feria 111, horâ 10, 15'. à meridie. Thucyd. viii. Diod. Vide lib. x. cap. xxviii.  
Post Siculam cladem deficiunt ab Atheniensibus Lesbii, Chii. Eubœenses idem moluntur. Tisaphernes, & Pharnabazus se ad Lacedæmonios adiungunt.  
Diogenes Cynicus nascitur, qui xc. natus annos obiit eodem anno quo Alexander. Vide Laërtium, & annum 4390.  
Q. Fabius Ambustus. Archon Callias. Diod. Belli 20.  
C. Furius Pacillus. Belli 20.  
Lacedæmonii cum Dario rege fœdus ineunt.  
Atheniensis Chium obsidet. Syracusani Peloponnesiis auxilia submitunt.  
Alcibiades cum Atheniensium ducibus agit, ut revocetur ab exilio, utique Tisaphernes concilietur, atque oligarchia constitatur. Quod & Pisander

Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
11	335	330
111	336	331
iv	337	330
Olymp. 91	338	333
11	339	334
111	340	335
Olymp. 91	341	336
11	342	337
Olymp. 91	343	338

LIBER DECIMUS TERTIUS.

fander obtinuit, Phryniæ dux, qui id impediēbat, in ordinem redacto. Quadringenti ergo constituuntur, qui Reipubl. præfint. Alcibiades porro à Lacedæmonis transit ad Atheniens. Thucyd. Diod.  
Diocles Syracusanus fereras leges constituit. Diod. xiii.  
M. Papius. Archon Theopompus. Diod. Belli 21.  
C. Naptius Rutilus. Belli 21.  
Coff. industria fames sublevata. Siculi tyranni Romanis frumentum benignè suppeditant. Cumani Samnites repellunt. Liv. 4.  
Quadringenti pro tyrannis se gerunt. Agis Lacedæmon. rex Atticam vexat. Hyperbolus Atheniensis ostracismo pulsus occiditur in Samo, conspiratione contra populum à paucis facta. Sed mutata mox omnia. Athenis quadringenti in ordinem redacti: creatique V. M. quibus commissa Resp. Vigti ad Eubœam Athen. quæ & deficit. Mindarus Lacedæmon. navarchus classem Mileto in Hellepontum trajicit, elosis Atheniensibus. Theasylus, & Thrasylus Mindarum vincunt inter Sestum, & Abydum. Inde Cyzicum capiunt. Thucyd. & Diod. Hic ille definit. Victus denuò Mindarus, & tertio ad Cyzicum, ubi pugnans interit. Xenoph. 1.  
M. Æmilius. Archon Glaucippus. Diod. Belli 22.  
C. Valerius. Belli 22.  
Egestani à Selinuntis oppressi, & quod Atheniensis excivissent, Syracusanorum iram veriti ad Carthaginenses confugiunt. Hannibal eò missus Amilcaris nepos, qui à Gelone ad Himeram occisus erat, & Gisco F. Selinuntii Syracusanorum auxilium implorant. Diodorus xiii.  
Chalcidenses in Eubœa desertis Atheniensibus cum Bœotis conspirant, & fretum obstruunt aggere ducto, relicto navis unius transitu.  
Tentata pax à Lacedæmonis: sed frustra. Diod. xiii.  
Macedonum xiv. Archelaus regnat annis xiv.  
Ca. Cornelius Cossus. Archon Diocles. Diod. Belli 23.  
L. Furius Medullus II. Belli 23.  
Hoc primum anno Quastores è plebe tres facti, cum tres Icillii Tribb. Pl. essent. Liv. 4.  
Annibal Selinuntem capit, & diripit: cum ante annos cxxi. condita fuisset. Himera quoque solo prostrata ab eodem Hannibale anno cxxi. quam excitata fuerat. Hermocrates Syracusanus exul collectis copiis contra Penos strenuè rem gerit. Lacedæmonii Pylum capiunt anno xv. quam à Demolthene munita fuerat. Theramenes Calchedonem: Alcibiades Byzantium cepit. Diod. xiii.  
Tribb. mil. tres patriici. Archon Eufstamon. Diod. Belli 24.  
Volsci superati à P. Cornelio Cossio Dictatore. Liv. 4.  
Athen. Helleponti urbes expugnant, præter Abydum. Alcibiades Athenas reverfus, ac magnificè exceptus est. Paullo post adornata clasie excursionis facit. Lacedæmon. Lyfandrum duce constituit: qui à Cyro Darii F. & in Asiam missus adjutus est. Alcibiade absente, Antiochus ejus legatus infeliciter pugnat. Itaque Atheniensis denuò succensent, & tradito x. ducibus exercitu illum fugere compellunt. Medi à Dario deficientes iterum subjiciuntur. Diod. xiii. Xenophon 2.  
Hermo rates defunctorum ad Himeram Syracusanorum ossa Syracusam mittit. Post clam irrupere conatus in foro cum suis occiditur. Erat in Hermocrateorum numero Dionysius postea tyrannus, qui tum fauciatus est. Diod.  
Plato Socrati navat operam, natus annos xx. Diog.  
Trib. mil. omnes patriici. Archon Antigenes. Diod. Belli 25.  
Lyfandro Lacedæmonii Callicratidam duce subrogant. Conon Athen. Imperator Mitylenen compellitur. Urbem obsidet Callicratidas. Carthaginenses novam in Siciliam expeditionem suscipiunt, in qua cxx m. numerata. Xenoph. at Ephorus ccc m. refert. Diod. xiii. Agrigentum paullo ante hibernum solstitium captum. Id.  
Trib. mil. iv. Archon Callias. Diod. Belli 26.  
Volsci superati. Anxur captum, ac direptum. Veientibus superbè respondentibus bellum contra illos paratum. Liv. 4.  
Atheniensis ad Arginusas vincunt. Occiditur Callicratidas. Duces Atheniensium, quod tempestate prohibiti naufragorum cadavera non suffulissent, supplicio affecti. Xenoph. 2. Arginusæ insula est inter Mitylenem, & Asiam.  
Luna defecit: ut idem testatur Xenophon 2. Contigit Apr. xv, feria 11, hora 8, 50'. à meridie. Vide lib. x. cap. xxxix.  
Templum Minervæ Athenis conflavit. Xenophon 2.  
Philistus hic priorem historiae partem desit; qui vii. libris annos nec. complexus est: tum iv. alios pertexuit. Diod. xiii.  
Sophocles moritur annos natus xc, cum decies & octies vicisset. Ultima victoria lætia hominem confecit. Diod. qui & ex Apollodoro Chronographo refert Euripidem eodem anno mortuum, natum annos lxxv. Euseb. in Chron. Alii sexennio post Euripidem mortuum volunt.  
Tribb. mil. v. Archon Alexias. Diod. Belli 27.  
Veii obfessi. Livius 4.  
Currente adhuc anno tertio Olymp. Syracusanorum duces ob cladem à Carthaginensibus acceptam Dionysius accusare non desistit. qui cum ex lege muldaretur, Philistus historicus prædem se pro illo dedit. Dux inde

Per. Jul.	Mundi.	Ante Chr.
4303 19 9	3573	411
4304 20 10	3574	410
4305 21 11	3575	409
4306 22 12	3576	408
4307 23 13	3577	407
4308 24 14	3578	406
4309 25 15	3579	405

Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
11	343	338
111	344	339
iv	345	340
Olymp. 93	346	341
11	347	342
111	348	343
iv	349	344

